



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De hominis creatione. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

quod numerando dies vsq; ad septimum, pcedimus. & diximus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus: gitatur, nō quin alius sit ab illis octauus & nonus, & sic de ceteris: sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt: & in septimo, licet non fuerit nouum gen<sup>o</sup> rerum institutū, fuit tamē in eo quasi quidā nouus status sanctificationis operū, & requietionis opificis. Pōt etiam sic exponi illud: Cōpleuit Deus die septimo opus suum, id est, completum & consummatum vidit.

DE HOMINIS CREATIONE, VBI CONSIDERANDUM EST, quare creatus homo, & qualiter sit institutus: que duo supra tractata sunt. & qualis factus, & qualiter lapsus, postremo quomodo sit reparatus: que discutienda sunt.

## DISTINCT. XVI.

A

**H**IS excusis que supra de hominis creatione pmissimus, effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipimus, vbi hæc consideranda videntur, scilicet, quare creatus sit homo, & qualiter institutus, & qualis & quomodo factus: deinde, qualiter sit lapsus: postremo, qualiter & per q̄ sit reparatus. Horum autem primo & secundo posita, i. causam rationis humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideo q̄ superest, vt qualis vel quomodo factus sit, discutiatur. In Gen. legitur, Faciam<sup>o</sup> hominem ad imaginē & similitudinē nostram, &c. In eo quod dicit faciamus, vna operatio trium personarum ostenditur: in hoc vero quod dicit ad imaginem, & similitudinē nostram, vna & æqualis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum S. non, vt quidam putant, angelis: quia Dei & angelorum non est eadē imago vel similitudo.

*Glo. ordi. ad,  
illud Gen 1.  
Faciamus  
hominem.  
Genes. 1. c.  
Beda.*

Z 4

Quod